Disputatio inauguralis medica de erroribus vulgaribus circa in praxi, quam, in Academia Fridericiana, rectore ... Friderico Wilhelmo, ... / sub praesidio Friderici Hoffmanni, ... pro doctoris gradu ... Mart. M DCC III. ... publicae eruditorum disquisitioni submittit Christophorus Reichard, Ronnenburgo-Misn.

#### Contributors

Hoffmann, Friedrich, 1660-1742. Reichard, Christoph, active 1703. Universität Halle.

#### **Publication/Creation**

Halae : Typis Johannis Gruneri, acad. typogr, [1703]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/hjzjxwy4

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA DE

## ERRORIBUS VULGARIBUS CIR-CAINPRAXI, curiosus bird, su maticus.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA, RECTORE MAGNIFICENTISSIMO, SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

# DN. FRIDERICO WILHELMO,

REGNI BORUSSICI ET ELECTORATUS BRANDENB. HÆREDE &c. &c. SUB PRÆSIDIO

## D. FRIDERICI HOFFMANNI, MEDICI REGII, MED. ET PHILOSOPH. NAT.


PROF. PUBL.

PATRONI AC PROMOTORIS SUI ÆTATEM SUSCIPIENDI, PRO DOCTORIS GRADU

Privilegiisque in Arte Medica rité obtinendis D. Mart. M DCC III. horis ante & pomeridianis IN AUDITORIO MAJORI, publicæ eruditorum disquisitioni submittie.

CHRISTOPHORUS Reichard/ Ronnenburgo-Misn.

HALÆ, Typis JOHANNIS GRUNERI, Acad. Typogr.





\*\*\* (3) \*\*

# PRÆFATIO.

Ullum, elogio ipsius Galeni, generosum reme-dium est, quod non possit prodesse & simul et-iam nocere. Valet hoc sapientia gravissimi Autoris edictum non modo de usu interno remediorum efficacissimorum, verum etiam de applicatione eorum, quæ vocantur externa seu topica. Non immerito universa auxiliorum pharmaceuticorum. classis in duo dispesci potest genera; alterum comple-ctitur ea, quæ intus assumuntur, & intimæ admissionis sunt in vitalia corporis nostri, quam ob causam etiam plus efficaciæ & virium secum recondunt: alterum est eorum, quæ extrinsecus affectis vel læsis partibus opem quandam afferunt. Utrisque sua laus, virtus, & gloria in medendi arte manet atque relicta est. Et tametsi interna longe majore prærogativa præ externis gaudeant, utpote eorum usus magis universalis est, & longe magis patens: nihilominus & externa in certis ca-fibus non destituuntur suo usu & fructu, ita ut persæpe iis vix carere queamus. Verum enim vero quemad-A 2

modum

### 3 (4) 83

modum eorum quæ intus affumuntur maximus eft ab-ufus, ita etiam deprehendimus illud ipfum in exhibi-tione topicorum. Et ficuti rationalis Medicina in., vero ufu inveniendo remediorum tantummodo occupata est, non tam generali, quam singulari & individuali: ita nihil magis ignorantiam, imperitiam, & te-merariam empiriam facit & constituit, quam nocens & præposterus usus remediorum tam internorum quam externorum. Quapropter totus cardo & omnis ner-vus totius practicæ Medicinæ in eo versatur, ut usum. & abusum remediorum quoad morbos & individua, imo quoad omnes vel minimas circumstantias temporis, doseos, ordinis probe ab invicem separemus ac dis-jungamus, & ubi prodesse & ubi nocere queant reme-dia, demonstremus. Noster labor de præsenti erit., dia, demonstremus. Noster labor de præsenti erit, ut externorum præcipuum in praxi vulgari abusum & communes circa eorum applicationem errores profe-quamur atque indigitemus, eo tamen quo fieri poterit brevitatis studio, cum alias ipsa tractatio, pro rerum va-rietate ac multitudine, nimis disfusam & laxam requirat ventilationem. Altissimum autem Numen, quod o-mnis lucis & virium autor est quæ per naturam & gra-tiam suggeruntur, benignissime nobis largiatur gratiam suam, ut omnia, quæ impræsentiarum meditamur & circa hoc argumentum cogitatione nostra pro-sequimur, usu suo non destituantur.

NB.

self using the self setter state using

there very man that way do saidt

diff.qut

1417 211

X83 (5) 84



§. I.

Um itaque aggredimur vulgares in Topicorum applicatione errores Ooftendendos, pretium erit operæ prius, quam id faciamus, de Topicorum nomine, & quid eo fignificare velimus, quædam in medium proponere. Equidem vocabulum

topici nimis est generale, dum omnia, quæ certis locis seu partibus exterius applicantur, sub se complectitur; & hac ratione quæ in vulneribus, ulceribus, membrorum quibuscunque læsionibus contingunt, sive ea confistant in applicatione instrumentorum variorum, chirurgicorum, five in emplastris, ungventis, injectionibus, turundis, ad topica generali vocabuli acceptione. referri queunt. Attamen mens nostra hac vice ea attingere neutiquam est, sed paulo strictiori acceptione. vocabuli sub nomine topicorum ea tantum intellecta. volumus, quæ in affectibus, qui proficiscuntur a causa interna, adeoque a Medicis potius, quam ab ipsis Chi-rurgis, commendari debent. Nolumus autem esseprolixiores & magna uti ambage in recensenda ex variis naturæ regnis topicorum materia, vel enumerandis variis compositionibus, sed tantummodo ad rem. ipfam nos accingere volumus, & fimplici via incedentes initium faciemus a capitis morbis, progrediendo fic ordine ad reliquorum membrorum affectus morbofos.

§. II.

Primum autem locum teneant ipsa capitiluvia, quæ

five

X 8 (6) 8 X

five cum aqua fimplici & lixivio, five cum vino, variis herbis emollientibus & cephalicis incocto, compofita\_ fint, non fine gravi noxa a Medicinæ imperitis fæpe-numero ufurpantur. Contingit autem hoc ipfum ple-rumque in omni capitis cerebri vel nervorum vitio vel imbecillitate, maxime omnium autem nocentiffima. funt in catarrhis, achoribus, aurium tinnitu, gravitate. auditus, ophthalmiis, &c. Et nota nobis funt non pauca exempla, ubi ex capitiluviorum præpostero usu in. infantili ætate epileptica passio succreverit. Ut paucis mentem nostram explicemus, existimo a capitiluviis plane nos posse abstinere, & in eorum locum surrogari posse frictiones potius capitis, & earum rerum, quæ sic-cant & roborant nobilissimam corporis partem, usum esse substituendum. Ratio autem dictorum in prompru eft : Videlicet progigni prægraves capitis memo-ratos morbos ex humorum ad caput delato impetu a partibus inferioribus, fangvinisque vel puri vel ferofi inibi facto decubitu atque infarctu, res penes rationa-les pathologos extra controverfiam pofita eft. Quid vero magis difponit caput ad recipiendum humorum impetum ad detinendas ibi ferofitates, quam eorum. duæ calida vel tenida humiditate fibras relavant flacquæ calida vel tepida humiditate fibras relaxant, flac-cidasque ac lubricas reddunt, quo minus congesti ibi humores iter suum per venas recipere possint? Po-tius in omnibus qui caput vel superiora petunt morbis, inferiores partes, nempe ipfos pedes, lavare & de vapo-re humido fibras fubcutaneas & carneas relaxare opor-tet, ut fic ex fuperiori regione derivatio & diverfio fiat ad inferiora; id quod etiam non fine maximo fructu & emolumento medentum periciores norunt,

S. III.

#### 18 (7) St

### S. III. entral

Improbamus adhuc ulterius emplastrorum fic di-Aorum cephalicorum in nonnullis capitis vitiis usum, eumque penitus e foro medico exesse posse censemus. Intelligimns nempe hoc emplastrorum genus, ubiraditur totum caput & emplastro quodam obtegitur; quale quid in usu solent habere in gravi hemicrania, in epilepsia quoque, vel aliis gravissimis pathematibus, quæ subsequi solent vehementes capitis à causa externa contusiones vel percussiones. Et quamvis nonnulli hîc inter talia emplastra, quæ ex balsamis, gummatibus composita sunt, & inter illa quæ ex viscosis glutinosis parantur, distinctionem faciant: nostra tamen est sententia, cujusque naturæ vel generis fint, ea plus nocumenti vel utilitatis afferre, non excepto etiam famigeratisfimo illo de betonica emplastro. Ratio autem hujus afferti hæc effe viderur, quod transpiratio in omni læsa vel affecta parte, quo magis libera est, eo felicius semper succedat curationis negotium, & contra ipsa testatur experientia, nihil magis officere & fanationem impedire, quam quod lædit liberum. transpiratum. Addimus & hoc, quo magis sunt remotæ a fonte caloris partes, vel minori languinis quantitate perluuntur, in his ipsis certe transpirationem quavis ratione juvare & promovere res magnæ peritiæ ac prudentiæ est. Quivis autem, qui rationem cum experientia in consilium adhibet Medicus, facile perspiciet emplastra, quæ cingunt sic totam calvari-am, mirifice obstipando, oblinendo poros, aeris & subtilis fluidæ materiæ ex cæcis illis, quibus cranium & cutis capitis gauder spiraculis, intercipi ac præpediri.

#### H (8) 80%

diri. Commendamus itaque eorum loco ex ipfius ex-perientiæ fide pulveres ficcos, vel ipfi capiti infperfos, vel facculis inclufos, tales nempe, qui balfamica fub-tili blanda fulphurea enthymiafi tam roborando quam demulcendo nerveas iftas vel frigidas partes folantur, & liberum materiæ fluidæ & aereæ tranfitum fartum. tectum fervant. Vel fi ipfa ficca ex ufu fecludere in-dicatio quædam foret, fubftitui poffunt linimenta, ex iis, quæ penetrantem indolem habent & Sale gaudent oleofo volat. & refina balfamica pollent, conflata, inter quæ balfamus Peruv. camphora, fpirit. vini rectifi-catus, Sal, amm vel lumbricorum volat. cum ol. lavendul. majoran. anthos, nuciftæ non adulteratis robo-ratus & caftorei effentia nobilitatus eminet; qualia linimenta in omni capitis effectu, five fit convulfionis, epilepfiæ particeps, five cum dolore aut fenfus cujus-dam interceptione conjunctus, levamen inferunt. commendatiffimum. Nostra autem non est intentio omnia removere emplastra, quæ certis in casibus ad frontem, ad nucham posita, non sua privari virtute possunt: sed sermocinatio tantum nostra est de iis, quæ totam vel dimidiam calvariam lædunt. In finuandum hoc quoque loco est inspersionem pulverum Cypreo-rum sic dictorum in caput receptissimam non sine noxa quandoque deprehendi, præsertim quando exa-mylo sunt confecti & paulo immoderatius & crebrius crinibus ingerantur : Ita conquestus Halberstadii amplissimus Confiliarius Dn. Presidi, Mæcenati meo nunquam satis devenerando, quod ex frequenti in ju-ventute usu horum pulverum miram debilitatem ocu-lorum sibi contraxerit, quæ in senectute in persectam

cata-

## 語 (9) 器

cataractam qua adhuc laborat, transivit; neque ratio hujus rei e longinquo petenda est, utpote talia tenacia poros capitis oblinendo transpiratum tam necessarium fanitati & robori partis vehementer cohibent. §. IV.

Tandem attingere quoque communem in praxi errorem placet, videlicet applicationem variorum linimentorum & balfamorum in affectibus plerisque capitis, & nominatim in vertigine, capitis gravativo dolore, caro, apoplexia, sensuum torpore, hemicrania quoque. Vulgaris praxis est, ut balfamis fragran- tibus, quæmoschus, ambra, zibethum, oleum rosarum ingreditur, tempora non modo & nares, sed & ipsum verticem & cervicem inungere soleant, quoniam magnum id præsidium adversus hos affectus reputant. Enim vero admodum falluntur ii, qui talia tam amica hisce capitis & cerebri morbis credunt. Vaporosa hæc sunt auxilia, & elastica expansiva vaporositate ipsa, & sangvinis impetuosum motum quodammodo figunt, & sic sedativa & anodyna virtute, ad somnolentiam disponunt. At vero nemo non cautus qui est, hic percipiet caute mercandum esse etiam cum hocauxilii genere, quod minime quadrat iis in morbis, ubijam caput ejusque vasa infarcta sunt, nimisque distenta a fangvinis impetu & copia ; quo casu certe dum majorem expansionem procurant, & consequenter humorum stafin periculi plenam adaugent, teste experientia sepius dolores, vertiginem, aurium tinnitum, somnolentiam, & gravitatem ac torporem mentis & sensum majorem accersunt. Et valet de iis remediis non fecus

ac

resi6

#### 後号 (10) 皆能

ac de fuffimentis fcitum divi <u>Coi</u> edictum *fett. V. aphor. 28.* multis modis etiam ad alia commoda effent, fi non capitis gravitatem inducerent. Quocirca præferimus hifce omnibus tunc temporis talia balfamica linimenta, quæ conftant ex folo fpiritu vini rectificatiffimo, in\_ quo camphora, olea majoran. lavendul. rutæ, fed non terebinthina adulterata, foluta funt; hæc potius difcutiendo, poros referando, quam replendo caput vaporofitate operantur, hinc femper in cephalalgiis quoque & in gravi apoplectico infultu tutiora funt. §. V.

§. V. Facimus jam acceffum ad ea topica, quæ <u>oculorum</u> <u>vitik</u> opitulantur. Dici vix poteft, quam perverfus tam a <u>Chirurgis</u> quam <u>Medicis</u> indies notetur abufus, & quanta noxa inferatur miferis ægrotantibus a præ-poftera horum applicatione: aufim dicere, plures vifu privari ex imperitia applicandi topica, quam ex ipfa. morbi vi ac magnitudine. Vulgatiffimus autem error eft, oculis frigida effe amica, calida autem inimica. Va-let hoc ipfum & veriffimum eft, fi oculi fani funt, ubi eos aqua frigida lavare confultius eft quam calida, quo-niam hæc fibras relaxando difponit oculos ad fluxio-nes, frigida autem poros tunicarum & parietes vafo-rum roborando nimium fangvinis & humorum fluxum abarcet, & ita oculos ferenos vividos & fanos fervat... At vero minime hæc regula procedit in oculorum conftitutione, quæ est præter naturam; maxime omnium au-tem in eorū inflammatione, quæ nomine venit ophthal-miæ, ubi frigidorum usus perniciofissimus est. Habet ex-emplum Forest.obs.chir 1.11.06s.19. de quadam muliere oph-thalmia laborante, quæ collyrio ex lapide Talck dicto &

aqua

· (11) 8%

aqua deftillata utebatur, fed non diu post dolore & ar-dore adeo ingenti afficiebatur, ut etiam subsecutum. fuerit ulcus. Vidimus hac ratione non semel, sed creberrimis vicibus, ab instillatione collyriorum frigidorum in oculos æstu inflammatorio dolentes, turbidos factos fuisse oculos & inflammationis intensius augmentum, adeo ut intra paucos dies penitus visus fuerit ob-scuratus, imo plane in defectu expertæ medicinæ abolitus. Nam quemadmodum in omni inflammatione. non fine fundamento exterius applicata frigida & constringentia, incraffantia, cordatiores Medici acriter rejiciunt : ita cur talia admittere velimus in oculi inflammatione, cui vasa longe magis tenera capillaria in sunt, quam in aliis partibus, equidem non pervideo. Caufa enim & ortus omnis inflammationis est infarctus fangvinis vel humorum in vasis propter obstructionem. in vicinis vasculis; jam autem obstructionem nihil magis firmat quam actu frigidum, dum fluiditarem liquidis succis demit, eosque spissos & crassos reddit. Deinceps non modo repudiamus atque rejicimus ex ipfis collyriis actu frigida in inflammatoriis vitiis, sed & omnia, quæ incraffandi, condenfandi, vel humores ulterius invitandi ad partem affectam, facultatem poffident, qualia sunt omnes aquæ dictæ ophthalmicæ, uti aqua sperm. ran. rosar. plantag. sachar. saturn. alumen, album. ovi, bolus rubra, omniaque mucilaginofa. Ita citatus Forestus libr. 11. obs. 26. de morbis ocul. annotat, oleosa & pingvia oculis nocere, referens ulcus a tonfore peffime tractatum cum oleo quod calide applicatum fuit, adeo ut perrupta non solum tunica cornea. fed etiam uvea in callum denique abierit, qui dicitur\_ B 2 clavus

#### 後3 (12) 器器

clavus oculorum. Ego potius majorem efficaciam. promittere possum talismodi in casibus de iis, quæ sine magna acrimonia & sine ardore, discussiva quadam pollent virtute, inter quæ laudem meretur camphora, quæ uti omnis inflammationis, ita & hujus antidotus certa & præsentissima est. Quod si itaque inflammatio levior & superficialis tantum est, aqua flor, sambuci, in\_ qua croci momentum est solutum, adjectis quibusdam guttulis solutionis camphoræ valde saturatæ, tepide. applicata, non erit fine magno fructu. Si autem acris lymphæ salsedo conjuncta est, mucilago sem. cydon. vel aqua rofarũ cum croco vel camphor. eximiorem virtutẽ præstabit. Si autem gravior & profundior, neque periculo vacans est inflammationis species, oculo plane. stupido & ferme sensibilitatis ac visus experte reddito, magnum solatium inveni in sola applicatione tepida. spir. vini camphorati, qui balsami Peruviani adjunctio-ne conditus est; rediit sic successive & sensus, motus, ac tonus & color debitus ipfi oculo, maxima cum admiratione; quale exemplum ante duos ferme annos hic locorum habuit Excell. D. Prefes.

Notum porro est vitriolum, præsertim quod veneris particeps est, inter ophthalmica à Practicis ceu summum arcanum prædicari. At vero cum ferme promiscue inter omnium collyriorum formulas assumatur, maxima sæpius exinde resultat noxa. Abstinendum autem ab eo est in omni inflammatione, in saldum autem ab eo est in omni inflammatione, in salsis quoque præcalidis acribus fluxionibus cum rubore, cum pruritu junctis, quoniam sua acrimonia hæc incommoda omnia auget. Datur tamen ipsilocus aptissi-

S. VI.

#### \*\*\* (13) 8\*\*

aptiffimus, quando humores funt craffiores & in le-mas abeunt, quandocunque etiam in tunica albuginea membranulas formare incipiunt, quod poft morbil-lorum vel variolarum morbos, qui nimiam lymphæ introducunt lentefcentiam, non rarius contingit; tali itaque in cafu mirabilis effectus remedium eft vitrioli Cyprei gr. j. in Uncia 1. Aquæ chelidonii foluta, quo liquore fubtili pluma crebrius de die affecta pars tan-genda eft: ubi autem manifefta corrodens & urens materia percipitur, temperantia demulcentia mucila-ginofa, inter quæ mucilago fem. pfyll. & fieff alb. fi-ne opio fplendet, & pulvis farcocollæ, operam non fa-tis collaudandam conferunt. Monenda adhuc quæ-dam funt circa pinguedinem viperarum vel afciæ pifcis, quæ in panno, in ungue oculorum, inque eorum. vulneribus quoque maximopere prædicantur. At ve-ro intelligendum hoc ipfum eft, fi eæ fuerint recen-tes : quandocunque enim per vetuftatem rancorem. contrahunt, acrimonia fua non modo in dictis, fed & in aliis vitiis præfens damnum inferunt. Deinceps in aliis vitiis præsens damnum inferunt. Deinceps nullus vel plane perversus collyriorum usus est, quando ex vitio & dyscrafia totius lymphæ & fanguinis, uti sepius fit in scorbuto & lue venerea, oculi rubent, uti læplus ht in leorbuto & lue venerea, oculi rubent, dolent, ftillant, & turbidi apparent; fruftraneus hîc eft omnis topicorum ufus, nifi internis prius emende-mus fuccorum vitium labem, quod egregie præftant decocta tam lignorum, quam aliarum herbarum fan-guinem edulcorantium. Accidit quandoque etiam, ut ob tumorem glandularum colli inveteratum, ob flu-xionem in auribus cohibitam, vel poft cofinetica fa-ciei applicata, aut retropulfum achorem in capite, in B 3 oculis

#### **\*\*\*** (14) **\*\***

oculis materia peccans sedem fixam recipiat; quo in casu solis topicis non est fidendum, nisi internis secundentur, & causa ac fons mali auferatur.

§. VII.

Quod attinet ad otalgica, aspicimus & ibi non le-vem eorum abusum. Quid enim inconsultius est quam olea, five fint expressa, ut oleum amygd. dulc. five remixta cum oleis cephalicis, in gravitate auditus au-ribus immittere? Commendatur hoc remedii genus à plurimis Practicorum, fed raro vidimus bonum fuc-ceffum. Si enim auditus gravitas est, ea fit vel ex nimia tympani relaxatione, vel humiditate membranæ organon auditus cingente, labyrinthum nempe& cochleam; nihil hîc faciunt olea, quam ut majore. relaxatione affectum adaugeant : olea autem calida gantus na acria vel nimis spirituosa in sensibilissima illa nervea marin meatum auditorium investiente membrana, nil nisi gravem dolorem & ardorem suscitant. Paucis rariffima funt exempla, in quibus ad experientiam & praxin eorum, qui cũ ratione & debita observatione illam exercent, confugio, ubi topica in auditus gravitate vel aurium tinnitu aliquid possint, ut potius nocumento magis fint. Neque etiam video, qua ratione remediorum virtus, sive sit oleosa, unctuosa, sive sit spirituosa, penetrare queat ad latifundium mali, quod intra cerebrum vel intimiores recessus & concamerationes offis petrofi reconditum est. Vidimus ex apophlegmatisantibus, ex internis cephalicis potius majorem efficaciam: excipimus autem quosdam casus, ubi topica in aurium affectibus non sunt de nihilo, videlicet : quandoque cerumen auris ita induratur, ut gypseam

#### NB (15) 808

am ferme naturam induat, quod auditum non leviter impedit, ubi immissio tepide facta olei amygd. dulc. induratum cerumen emollit fluidumque reddit, ut auriscalpiis commode extrahi queat. Subit quoque nos recordatio, ubi ante paucos annos circumforaneus furditatem auferre fingulari arcano posse gloriabatur; consistebat hoc in injectione per siphone facta cũ aqua fœnicul. cui paucæ guttulæ olei tartari erant instillatæ, aliquoties de die injectionem provide continuabat; & in quibusdam subjectis non male successir experimentum, in illis nempe, ubi intra meatum auditorium cerumen incrustatum sonum impediebat. Simile quoque contingit nonnunquam ab usu aquarum falubrium, si eæ calide in aurem sæpius immittantur, quod, uti diximus, tantum in eo casu procedit, quando vitium auditus enatum fuit à fordibus tympani membranam nimium incrustantibus.

#### §. VIII.

Ulterius adhuc monendum quicquam eft de perversa tractatione <u>absceffuum</u>, <u>qui non raro in auris inte-</u> rioribus nascuntur. Exposcunt hi ipsi fingularem medelam, quæ si non administratur, ulcera putrida cariosa cum totali auditus amissione tandem resultant. Est autem pessimus modus, unguenta digestiva oleosa hic trahere in usum; talia enim partes hæ siccæ frigidæ nerveæ sensibiles minus ferre possunt. Potius balsamica, uti est essentia myrrhæ, opobalsami, succini probe saturata & tepide gossipio immissa, omne in confolidando & præservando absolvunt punctum.

§. IX.

Præterea naribus quoque sua debentur & conveni-

unt

#### 16) St

unt topica, quæ legitimo ufu prodesse, præpostero au-tem mire nocere possunt. Exemplo nobis sunt ea\_, quæ fine <u>hamorrbagiam</u> nimiam sistendi, exterius naribus intrudi folent. Quantus numerus quantaque co-pia formularum hinc inde prostet, dici vix potest; per-pauca tamen sunt, quæ usu quodam sese commendant. Cum enim hæmorrhagia à causa interna, plerumque ex spasmo vel nimia constrictione aut forti obstructione à partibus a fluxu longe remotis proficifcatur, & fanguis cum impetu ad vafa capitis feratur, ubi ni-mium congestus orificia vasorum nimium distendit, tandem narium tunicas disrumpit, quis non videt. exinde, non modo frustraneum, sed & sepius periculoium esse usum tum temporis externorum, stypti-corum & repellentium ? Et nihil aliud obtinemus, quam quod, si orificia vasorum adstringentibus obturemus, in aliam partem capitis vel etiam ipfum pectus malum derivemus, manente interno illo impetu. Quod-fi orificia aperta, ex quibus ftillat fanguis, in naribus paulo profundius fita funt, ut ftyptica efficacia fua eo pertingere nequeant : interim nares obturentur, e quibus exitus fanguini nullus patet, fit, ut è faucibus in arteriam asperam ruat, & in illam metu quandoque fuffocationis dilabatur. Accedit & hoc, quad compin suffocationis dilabatur. Accedit & hoc, quod omnia ftyptica, cum membranis nerveis glandulosis valde. fint inimica, si paulo profundius immittantur in nares, non leve dammm inferant iis partibus. Si itaque di-cere licet, quod res est, paucum vel plane nullum habent ea usum, nisi ante omnia dirigamus curationis confili-um ad derivatione sanguinis a capite per venæ sectio-nem frictiones, immissiones pedum & manuum in aqua vel

1 Set

#### X 8 (17) 84

vel vinum calidum, per diaphoretica quæ fine motu & magno calore fangvinem a centro verfus corporis circumferentiam propellunt ; & tunc non opus eft iftis repellentibus frigidis, ftypticis quoque, fed fola effentia catechu, naribus excepta, omnibus palmam præripit... Vulgus in ufu habet, in nimia hæmorrhagia nummum argenteum aqua frigida madidum vel fronti vel nuchæ applicare, linteum quoque frigida madidum. fronti vel toti collo injicere: at vero fi tale quid factum fuerit in initio, non fine periculo apoplexiæ hoc inftituitur. Interea non improbamus talismodi epithemata, quæ vi difcutiendi & fimul roborandi inftructa funt; uti v.g. acetum rofaceum cum nitro, camphora, oleo ligni Rhodii mixtum, quod tepide temporibus, collo applicatu non caret fingulari fructu, & cunctis merito præferendum eft.

§. X.

Accedimus jam ad ea topica, quæ communiter. *in ulceribus offum fquamoforum* putridis & cariofis lue gallica vel fcorbutica infectis perquam familiarius uturpari folent. Sunt autem ejusmodi utplurimum aquæ, v. g. rofar. plantag. femperviv. cum bolo rubr. facch. faturn. magifterio faturn. mixtæ: & fi ad offa faucium penetrando ulcera, vel ipfus uvulæ fubftantiam corrodendo & abfumendo aggrediuntur, injectiones gargarifmatum communi ex ufa funt. Sed hæc omnia nullius momenti cenfeo; plane enim inidonea funt ifta... frigida corruptioni putredinofæ fiftendæ. Potius hæc clades expofcit longe valentiora majore penetrantia... dotata, & ex iis magno encomio digna tunt, ol. caryophyll. quod præfentiffimum eft confervativum offium,

præ-

### 18) ES

præfertim fi cum balfam. Peruv. mifceatur: deinde, elixir propriet. fine acido, eff. fuccini, fpirit. vin. camphor. mediante fiphone in nares provide inject, peffimi moris hæc ulcera, fætida & venerea, fanare & fiftere potens eft; quam procedendi viam non fine fummo emolumento optime aliquoties excogitavit, & fæpius expertus eft <u>D. Præfes</u>. Multi venerei ob ignorantiam chirurgorum & peffimam remediorum applicationem diu gerunt talifmodi ulcera fordidiffima, quæ tandem & totam narium internam ftructuram, uvulam cum totius palati offe exedunt atque depafcunt, non fine maximo vocis vitæque detrimento; nam ipfa gargarifinata etiam ex præftantiffimis parata, cum ad radicem mali partemque affectam, quæ eft fupra os palati, pertingere nequeant, fruftra applicantur.

#### 6. XI.

Supereft adhuc *dolor odont algicus* graviffimus, cui quanta topicorum a Medicis & Chirurgis, nec non ab ipfo vulgo, dicata & confecrata fit fylloge, probatione ulteriori non eget. Sed & hic fruftranea quoque ferme funt omnia, ut potius majus damnum quam emolumentum inferant; & utut quandoque post leniora, adstringentia & anodyna, inter quæ mihi præcipua, femper fuit effentia catechu cum effentia anodyna mixta, aliquod doloris alleviamentum fequatur, exiguum tamen est ad breve tempus, alio tempore plane infidum & nullius amplius effectus. Et cum fæpius dolor odontalgicus epidemius sit, & rheumatismi feu defluxionis acris eryfipelaceæ soboles, dentem cariosum maxime infestans, & cum catarrhali febricula juncta, ex facili apparet, quam inanis & futilis sit applicatio immediate

#### H (19) 8 K

diate ad dentes; potius tunc, si expectandus quidam. ab externis usus venit, sacculi paregorici ex discutien-tibus, carminativis, anodynis parati in usum sunt tra-hendi. Et quamvis ol. caryophyll.origani, essentiæ quoque acres odontalgicæ dentium cariei egregie dicata fint : quæ tamen tunc temporis, quando in dente, cariofo membrana nervea ab humido aqueo nimis di-ftenta vel erofa est & inter angustias osseas pressa hæret, an usum præstare queant, dubium est. Potius tunc balsamum apoplecticum liquidum seu vitæ D. Præsidis naribus exceptum, vel lac tepidum cum flor. fambuci, & croco coctum & in ore detentum plus pacabit doloris illius fævitiam, quam quæcunque alia fin'e ulla ratione commendata & adhibita, odontalgica externa. Et fcribimus experientia, sola diaphoretica, v. g. tincturam. bezoardică, sulphur antimon. nostræ præparationis, spi-ritum CC. succinatum cum spiritu nitri dulci nuptum, in graviori odontalgia cum regiminelisudorifero usurpata, non omissis prius iis, quæ alvi laxationem conciliant, opem mirabilem præstitisse, adeo ut etiam ex hisce pateat, quam frustranea & quam perperam in istis affectibus præscribantur vel exhibeantur topica.

#### §. XII.

Tandem non silentio transmitti debet, cum potius primum locum tractationis postularet, vulgaris curatio eorum affectunm, qui in faciei & capitis cute observantur; cujus generis sunt achores & tinea capitis, pustulæ & ulcera manantia in facie in infantibus, gutta rosacea, & capitis erysipelas. Et quod attinet ad ipsos achores vel tineam capitis in infantibus, nil magis solenne est imperito vulgo, quam ut lotionibus cum. anulude mutenzonas muizo G 20 munobi e variis

anssoh

#### 約3 (20) 是第

variis lixiviis & decoctis, inunctionibus, tam sulphure & oleo olivarum aliisque unctuosis & linimentisremovere quæranthoc malum: nil etiam porro eft, quod accuratiore observatione teste majora incommoda post fe trahat, quam hæc sanandi ratio; sequuntur enim. ex ea epilepfiæ, inflammationes oculorum, fuppura-tiones eorum, epiphora, imo gutta ferena quando-que, vel etiam graves peripneumoniæ, afthmata, & ejusmodi generis plura. Caute itaque procedendum eft cum omnibus externis, ne transpirationem impediamus, neque ea unquam porrigenda, nisi prius u-na internis correctioni & evacuationi humorum pec-cantium prospiciamus. Exulent autem omnia humida, exulent oleosa, exulent constringentia: sique ex-ternis datur locus, balsamum sulphuris antimoniale. cum spiritu vini camphorato solutum & cum oleo amygd. dulc. mixtum, emolliendo, discutiendo, putre-dini ulteriori resistendo egregium præstabit officium. In pustulis venereis inque gutta rosacea, caute quoque cutis poros coustringentibus & repellentibus est agendum; plus vice fimplici observavimus exinde ortas ophthalmias, sero isto salso acri præcipitato ad oculorum tu-nicas. Sed quantus abusus deprehendatur topicorum in erysipelate capitis, eloqui ex digno non possumus. Est certe erysipelas affectus, qui cautissimam externorum requirit applicationem, idque tanto magis, quo vicinior est cerebro & nervorum origini; nam non periculi expertem esse, præsertim in scorbuticis, hunc affectum in se consideratum, norunt Practici solidiores. Quod si itaque evolvimus scripta eorum, qui observa-tiones practicas in publicum edere annisi sunt, ingens campus istorum, quæ noxium externorum abusum. docent,

#### 18 (2I) SK

docent, nobis patebit. Rolfincius method. curandi af-fect. capit. pag. 292. anginæ meminit ab eryfipelate. capitis ex intempestivo usu repellentium ortæ. Recte fcribit <u>Aguapendens lib.</u> de tumoribus p. 633. fi eryfipelas fuerit in facie aut in capite, localia medicamenta ne-que ante neque post purgationem esse administranda; posset enim frigidis materia repelli aut ad cerebrum, unde phrenitis, aut ad fauces, unde angina. Nocen-tissima autem tunc sunt omnia unctuosa, omnia cataplaimata, humida aquea: potius fola ficca, facculi nempe, ex herbis emollientibus & discutientibus parati, ut transpiratio maneat libera, apponendi e-runt: interdum tamen spir. vin. camphoratus cum ess. castor. ol. nucist. sale volatil. lumbricorum, nitro & cattor. Of. Hucht, fale volatif. fumbricorum, hitro & momento opii mixtum exteriusque inunctum, benig-nam medentibus porrexit manum. Ad guttam autem rofaceam & puftulas qui ufurpare folent Merc. fubl, vel aquam Merc. præcip. dilutam, mirum mihi peccare-videntur; hæc ipfa enim interius recepta, ad graves dolores capitis, hemicranias difponunt, ipfisque den-tibus vacillationem nimiamque laxitatem inferunt...; potius effentia benz. cum magisterio faturni, camphora, facharo faturni cum za foerm ran & fl famb remixfacharo faturni cum aq. sperm. ran. & fl. samb. remix-

ta, perquam utilem locabit operam, §. XIII. Memorandum adhuc aliquid eft circa peculiarem gingivarum affectum, & talis eft quando caro gingi-valis pene omnis exeditur, ita ut nudæ radices denti-um vifantur. Creditur id vulgariter fieri ex nimia fibrarum relaxatione ; unde confuetudo est vulgatiffima obviam ire huic affectui per externa constringen-C 3

tia,

## 题 (22) 器

tia, nempe effentiam maftich. tormentillæ, alumen\_, effentiam catechu, &c. Sed certe hæc nihil profici-unt, plus nocent; nam affectus hic eft atrophia, & oritur ex defectu fucci gingivas nutrientis propter\_ obftructionem vaforum arterioforum, quæ mini-ma & copiofiffima in gingivis exiftunt : jam au-tem fi conftringentibus ea obftructio firmatur, non poterit aliter fieri, quin plus defraudentur fuo fucco rofcido alibili. Potius deprehendimus proficua deco-cta, facta ex vino cum herb. falv. origan. rofmarin, camph. nitro, adjecta portione fpir. fal. armon. hifce collutiones fordium & elutiones oris frequentiffime\_, calide inftituantur; fic vafa aperiuntur, invitatur fuc-cus & fanguis, fibræ gingivales roborantur, & redit\_ hifce partibus fuus ufus & fuus vigor.

#### S. XIV.

Provolvimur jam ad thoracis affectus, in quibus topicis sua quoque laus & dignitas constat, sicuti & non parvus eorum in praxi medica deprehenditur abusus. Exemplum nobis præbent tumores illi pulmonum inflammatorii, qui <u>pleuritidis vel peripneumonia</u> nomine ef-feruntur. Quid autem usitatius est, quam in iis ipsis ad dolorem compescendum pingvia oleosa ungventa præscribere exterius ? Rarius autem ex iis secutum. vidi bonum effectum: potius, cum in principio diapho-reticis & discutientibus debitis internis diffipari malum potuisser, discusser debits meetins dimpartmatun rationem disponunt, non secus ac fieri solet in aliis ery-fipelaceis affectionibus partium externarum, ubi simi-lia ungventa, dum poros obstruunt & fibras nimium. relaxant sicque decubitum humorum ulteriorem invi-2 RIS

tant,

#### 說8 (23) 8號

tant, ad suppurationem & exulcerationem malum deducunt. Quod si igitur, uti sæpius accidit, pleuritis est spuria, id est, inter membranas musculorum intercostalium ferum acre falfum stagnat, ubi rheumatismi quædam species est, longe plus nocebunt memorata topi-ca, dum transpirationem & liberam exscreationem. materiæ stagnantis, quæ tamen summe necessaria est, præpediunt. Habent quoque nonnulli in usu, ut sopiendi gravioris doloris caufa ol. hyofcyami addant. : Fateor dolorem exinde sopiri, sed non possum non hic confiteri, quod fomnolentia, virium non levis langvor, difficilior expectoratio subsequi soleant, non fine magno, præsertim in ætate senili langvida, periculo. Deinceps nonnulli Practici dictis in affectibus in ulu habent emplastra, etiam ipsum Vigon. cum mercurio, cum balfam. fulphuris & camphora mixtum, applicare : Deprehendimus ab eo, si pleuritis fuerit spuria, id est, non pulmones, sed ipsos intercostales musculos & membranas infestaverit, dolorem fuisse diffipatum & ad alias partes detrusum; at vero aliquot vicibus experti etiam fumus in pulmonum substantiam relegatam fuisse materiam, ubi pulmonum vomicam fatis chronicam & periculosam excitavit. Sententia itaque nostra est, in inflammatoriis hisce thoracis affectibus vel plane abstinere ab omnibus topicis, vel si quædam admittenda. funt, ipfe spir. vin. camphorat. additione castor. croc. ol. nucift. destillati mitigatus & anodynus redditus, externa debita inunctione vel cum lintei applicatione omni-bus aliis erit præferendus. Dantur tamen casus, ubi ungventa, pingvia, anodyna virtute prædita, fibras relaxantia, bonum effectum edunt, rarius tamen in\_ Ele Stil ulum

#### 24) 80%

usum vulgo trahuntur. Talis affectus est tussis siccaconvulsor, ubi non tam materiæ quantitas, sed potius tenuis acris paucæ materiæ qualitas vitiosa, nervos pneumonicos & thoracem ad violentos convulsivos concussivos motus irritat; ubi sedare hos motus & partes thoracis nimium constrictas relaxare oportet, non neglecta humoris tenuis irritantis incrassatione & inviscatione. Talis tussis non raro contumacissima est, & vehementer sub certis tempestatibus orta, ætatemmaxime puerilem & infantilem adoritur. Vidimus bonum successum, quando totum pecto inunctum fuit ungvento ex ungvento potabil. rubr. spermat. cet. axung. tax. ungvent. popul. ol. anis. camph. composito in hunc finem-. §. XV.

Tandem quoad externa in vera phthif seu pulmonum exulceratione, subjicienda quædam esse monita arbitramur. Habemus varias observationes, ubi phthifici unguenta & emplastra bene, alia vero ægre ferre potuerunt. Explorandus itaque prius est cujusvis individui genius ratione causa & morbi. Putamus autem non inutilem eorum operam fore, si duris quibusdam tuberculis pulmones obsessi funt, quæ successi ve in suppurationem abire solent. Quapropter emplastra quædam non ex nimium calidis, neque ex nimium inviscantibus unctuos parari debent; illa enim dolorem & inflammationem exasperare solent, hæc transpirationem liberam lædunt. Omnium... optimum autem est emplastrum diasulphuris Rulandi, omissa colophonia, quod ex balsam. sulphuris amygdalino, myrrha, terra vitrioli, cera & terebinthina confectum est, quibus etiam adjici potest bdellium;

lium; hoc impetum humorum à pectore divertere ro-borando, & stassin humorum discutere valet. Sed quod notabile est, si emplastra in pulmonum affectibus ali-quid laudabile præstare debent, non sterno imponen-da sunt, per hoc enim os cartilaginosum non penetra-re eorum virtus potest: sed potius dorso & costis, quo-niam ibi major pororum est apertio, major copia\_s sanguinis & vasorum, ut sic recipi queant partes em-plastri subtiliores & salutares.

#### §. XVI.

Descendimus jam ad vitia quædam stomachi, in quibus locus ipsis quoque externis datur, modo fiat debitus eorum usus. Nullus dolor omnium confessione tam crudeliter exercet ægrotantes, quam is qui fi-xus hæret in sensibilissimis ventriculi orificiis, dextro vel finistro, & appellari (olet cardialgia. Consuetudo hîc est, varia dolorem placantia interne ingerere, ex-terne quoque stomachalem regionem vel linimento spirituoso vel unguento quodam illinire, ex carmina-tivis anodynis composito : at vero cum successi non adeo exoptato. Cum enim dolor sit in certa tantum parte, eaque exigua, nempe nervosis istis orificiis, facile patet, iis locis esse penetrans & efficax remedium applicandum, & quantum fieri potest, proxime: jam autem si vel emplastrum vel linimentum vel unguentum toti regioni ftomachali applicatur, exiguum hoc eft, quod penetrat ad orificium; quinimo cum notum ex anatomicis fit, quod fuperius ventriculi orificium dorfo magis & vertebris propinquum jaceat, cum, juxta arteriam afperam fitum fit, facile patet, ea remedia, quæ applicantur regioni sub scrobiculo cordis,

mini-

## 126) 80

minime eo posse penetrare. Potius itaque dorso circa octavam & nonam vertebram lateris finistri applican-dum erit, si pertingere debet ad locum affectum reme-dium: quod si autem dextro orificio laboranti succur-rere velimus, fiat illud sub scorbiculo cordis juxta latus dextrum. Minime autem hîc ea, quæ nimis cito avolant, uti sunt spiritus; minime etiam unctuosa vel emplastica, quæ nimis tardæ sunt operationis, indicantur: sed potius, exquo ego levamen expertus sui, est linimentum crassiusculum in forma emplastri applicatum, & compositum ex theriac. croc. oleo nucist. camph. balsam. Peruv. & ol. hyoscyam. Hoc si non juvat, frustranea erunt omnia circa externatentamina. Ulterius non eos, qui praxin frequentem exercent, latet, in more quasi solenni esse positum, si quis ex debilitate ventriculi, ex vomitu, nausea laborat, quod tunc ordinario regioni sub sterno vel unguenta vel emplastra stomachalia applicentur in forma ovali. At vero si quis dissecta corpora introspicit paulo accuratius, non ventriculus, sed saltim pauca ejus portio, atques hepar, intestinum colon & tenuia intestina ibi posita funt: procumbit potius ventriculus ad latus finistrum, sub costis nempe, ubi tres ejus partes ad minimum. delitescunt, versus spinam nempe. Spuriis itaque co-stis lateris sinistri versus dorsum si generosa penetrantia quis applicat remedia, is deprehendet effectum longe auspicatiorem.

#### §. XVII.

Dolor qui nascitur ex calculo truculentissimus, in principio vel in medio uretheris stagnante, exigit quoque, nec sine ratione, topica: sed ut legitime ea appli-

### \*\*\* (27) \*\*

applicentur, prudentiæ est. Neutiquam autem igno-tum, calculum etiam ultra modum grandem, quamdiu subsistit in renum substantia tubulosa & canaliculosa\_, ne ullam quidem molestiam creare, sed tum demum., quando descendit & hæret in uretheribus valde angustis & simul tamen exquisite sensibilibus. Videmus itaq; ex eo, non lumbis, ubi renes siti sunt, sed potius secundum ductũ uretherum, qui est a lumbis versus inguina, applicari debere remedia. At vero observamus & hicquoque non levem errorem, dum utplurimum ipso in paroxysmo, nempe descensu calculi, unguentis admiscere solent pellentia calida, v.g. ol. succin. spiritum tere-binth. ol. juniper. quod sane confilium pessimum est; intendunt Practici hisce pulsionem calculi per angustias viarum promovere, at vero mirifice errant, infigitur\_ potius hilce calculus, gravioraque fymptomata, nempe urinæ suppression, vomitiones, convulsiones excitantur. Nam quod iple calculus hæreat in urethere fixus, nec e sede sua dimoveatur, non tam culpa est moles calculi, quam potius dolorificus iste spasmus; nam cum aspe-ritate calculi utplurimum fiat fibrarum nervearum iniultatio, influxus fit spirituum, dolor, ipsumque dolorem comitatur spasmus & constrictio, & quo crudelior do-lor, eo semper angustiores & constrictiores fiunt viæ. Jam autem si talia spirituosa calida applicentur, irritamus influxum sangvinis & spirituum, infigimus in par-tem calculum, dolorem augemus, calculum obturamus, & truculentiora symptomata producimus. Certum. hoc est, talia, si dolor non adest, si non spasmus adest, si nimia laxitas, & tonus dejectus fibrarum membranacearum & nervearum est in renibus, tunc exter-

D 2

nem,

#### \*\*\* (28) 8\*\*

ne, quoniam tonum roborant, urinæ fluxum promovent: fed hæc ipfa neutiquam tunc temporis locum habent: potius fola emollientia, paregorica, & anodyna olea, v.g. unguent. popul. fem. papav. hyofc. lil. alb. axungia taxi, camphora quæ ipfis penetrantiam conciliat &c. fufficiunt, modo fiat cum manu calida frequens circa fitum uretherum frictio & inunctio; hæc enim, dum fpirituum impetum refrænant & fibras conftrictas-relaxant, efficiunt, ut longe expeditius & facilius patentem viam & defcenfum obtineat calculus. Qua de caufa etiam infeffus in balnea fumme proficuus & in inftanti falutaris eft iis, qui graviflime doloris truculentia divexantur.

### §. XVIII.

In nimio fanguinis per uterum profluvio, in feminis autem involunt ario effluxu, qui lexu malculino accidit, receptum in praxi eft, ut regioni lumbari, ubi magni ifti fanguiferorum vaforum rami fituati funt & paulo liberius patent, applicare externe foleant talia, quæ fanguinis impetum ad partes genitales quodammodo refrænant. Verum enim vero multum intereft, qualia. & quo tempore tali in cafu in ufum accerfantur. Notavimus enim exemplum, ubi in fæmina 40. annum excedente emplaftrum fperm.ran. cum facharo faturni & & ol. hyofcyam. mixtum in nimio fluxu menfium, lumbis fuit applicatum, & ab ipfo temporis momento nunquam redierunt menfes, magno cum fanitatis difpendio. Cavendum quoque ab omnibus actu frigidis eft, & multo magis à narcoticis, quoniam hæc omnia fanguinem, fi nimium incumbit in has partes, cohibendo curam quidem palliativam exhibent, fed longe majo-

## **約**3 (29) 器张

majora mala inferunt, quæ funt inflammatio renum., convulfivæ colicæ, aut spaftica abdominis pathemata. Unde tutisfima via est, præsertim in hæmorrhagicis excretionibus, à talismodi topicis plane abstinere, & potius internis majori cum ratione & circumspectione uti.

S. XIX.

Devenimus jam ad nonnullos affectus, qui ex ni-mia laxitate & refolutione ligamentorum, nec non defectu eorum roboris ac toni oriuntur; & funt in infantibus maxime ani, in foeminis uteri prolapsus. Communiter ob laxi naturam strictis & adstringentibus tractare solent hæc vitia Medici & Chirurgi; unde decocta ex stringentibus concinnata applicare, iisque foveres partes satagunt. At vero cum ille prolapsus non tam ex ipsius uteri vel intestini recti laxitate, sed potius ex ligamentorum propter humidi succi inibi congestionem & accumulationem fiat, quisinde non perspicit, frustraneum & hoc curationis molimen esse? quoniam ad ipsa ligamenta, fi usus foret adstringentibus, penetrare ac pertingere externa hæc nequeunt. Quapro-pter ipfi utero in prolapfu ejus, five fit ipfe uterus five vagina, nihil conducunt talia utero immediate applicata: sed potius ipsa regio ingvinalis fovenda erit seu linimentis seu emplastris, balsamicis & penetrantibus, quæ non tam terrea stypticitate, quam spiritusa roborante virtute imbuta, vigorem, motum, & tonum red-dunt humidis & relaxatis partibus. Ubi tamen probe tenendum, uti in omnibus, non fola topica abfolvere\_ punctum, sed interna maxime requiri, rectius & magis universali intentione, in quibuscunq; corporis i nternis,

imo

#### そう (30) 8代

imo externis vitiis. Interea tamen non rejicimus fuffimigia, item fotus ex vino & herbis aromaticis ac fale volatili oleofo præditis & terreo quodam principio imbutis confectos, quibus & ipfæ hæ partes immediate affici poffunt, cum vis fuffimentorum paulo intimius penetret, & fimilis quoque effluviorum quæ ex balneis nafcuntur natura fit. §. XX.

Restat adhuc quidam affectus valde refractarius, imo dolorificus, qui sub nomine bamorrhoidum cacarum describitur. Noto notius est, quam graves molestias creare soleat tumor hic venarum hæmorrhoidalium, a sangvinis vel etiam seri viscidi nimio affluxu & stagnatione ortus. Innumera hic excogitarunt, præsertim topica, Chirurgi & Medici remedia: sed quantum eludant & fallant omnem spem ac expectationem ægrotantium, notissima quoque res est. Étenim adstringentia, quæ commendantur, remorantur magis eos humores, qui tumorem efficiunt: emollientia & anodyna relaxant partes, & ulteriorem affluxum invitant: acria erofionem faciunt, & ad ulcera peffimi moris, imo ad fistulas disponere solent. Non minima igitur sapientia est Medici, si pro circumstantiarum ratione horum usum probe diftingvat, & quid agere vel non agere debeat, noscat. Paucis si nimius dolor urget, utique anodyna & emollientia non sunt de nihilo; hinc ol. lini solum sufficienti in quantitate admotum, egregie dolores mulcet. Si autem nimius tumor permoleftus eft, utique & tunc non tam styptica crassa terrea, quam roborantia, fotus nempe, ex vino, mastich. fuccin. flor. ros. balaust. thur. millefol. adornati conveniunt : neque. iuffi-

#### \*\*\* (31) 8%

fuffimigia hoc loco veniunt excludenda, præfertim. ex rebus quæ fale volatili oleofo fæta funt; indoles enim horum eft, ut altius fefe infinuent, poros firment, nimium humidum diffipent. Unde etiam mures marini, quorum virtus ceu peculiare hodierno tempore jactatur, fi ufu quodam fefe commendarunt, non alia ratione agunt, quam alia fuffimenta fale oleofo quodam volatili prægnantia. Ex hifce dictis abunde conftare arbitror, quam perverfus poffit. enafci ufus, fi quis tum temporis in cæcis & dolentibus hæmorrhoidibus, quando dolor graviffimus adeft, velit adftringentia, frigida quoque, imo acria adhibere: aut fi deficiente dolore ingens tumor præfens fit, emollientia vel anodyna, relaxantia in ufum adhibere.

#### §. XXI.

Hæc dum agitamus, quæftio incidit, <u>num in nimio</u> fanguinis vel lympha profluvio ex utero injectiones habere queant locum, præfertim cum experiamur in feminis nimio profluvio non fine fummo fructutales inftitui. At vero cum vulgus credat, fluxus nonnifi adftringentibus fifti debere; hinc nihil eft periculofius, quam fi tales nimias fluxiones cohibere moliamur externis injectionibus, quæ conftringendi facultate funt præditæ. Memini fæminæ hujus loci, quæ injectione decocti millefol.cũ alum. acuati, dum nimio menfium profluvio laborabat, ulcus cum tabe & hectica febre lethale fibi contraxit. Cautiffime itaque cum talibus eft mercandum, & videt quivis quod externa hæc magis nocere quamprodeffe poffint.

### S. XXII.

Ordine jam devolvimur ad ea externa, quæ dolentibus 13 (32) 8 K

lentibus' artubus folent adhiberi, fi vero ex topicis abus & perversa applicatio fit, certe in doloribus art briti-cis & podagricis id accidit; nam quoniam affectus est in\_ parte externa, plurimi existimant parti affectæ immediate remedium esse admovendum, ut eo citius ad caufam morbi perveniat. Sed in eo quoq; mirifice falluntur; nam error eft, ea in hisce affectibus ica requiri, quasi sine illis dolores nequeant demulceri. Nam discimus exex-perientia, longe felicius absque ullo topico', si æger obediens sit & beneficio temporis atque patientia utatur, solis internis causa morbifica recte oppositis ferociam horum dolorum mitigari vel tolli poffe. Ante omnia autem cavendum est, ne repellentia, & quidem in principio morbi adhibeantur ; hæc enim, dum naturæmotum qui eft versus exteriora turbant, & materiam vitiosam ad interiora repellunt, gravissima mala excitant. vid. Drabizius de Scorbut. tit. de artbrid. pag. 62. 8 63. Experti sumus in principio doloris podagrici cataplasma ex album. ov. cum alumin. compositum, in Consiliario plethorico una nocte affectum soporosum secutum fuisse, qui vigorem ingenii & memoriam per totam vitam sustulit. Memorabilis est observatio, quam recense Hagendorn. cent. 1, bist. 28. ubi mercator ex dolore & tumore scorbutico laborans, applicato epithemate ex aq. destillatis cum cerus. & camph. a balneatore, sedatis doloribus loquelam amittebat, nec brachium finistrum locomovere visus est. Experiuntur etiam porro Practici non omnia omnes juvare, quæque ex topicis dolores uni tollunt, alteri augere, quosdam linimenta spirituosa, quosdam emplastra anodyna, nonnullos etiam cataplasmata ex mica panis & lacte bene ferre posse, alios autem

#### 治8(33) 器法

autem hæc neutiquam. Causa horum effectuum pecu-liarium non sufficienter vulgo attenditur & inquiritur, cum notum sit & ipsis Chirurgis, omnia individua non æque bene cuncta in externis vulnerationibus perferre posse. Est autem causa non tam dispositio peculiaris humoris peccantis, sed potius ipsa tensiva tonica fibra-rum, pororum, & vasorum cutis constitutio; habent enim omnes partes, & maxime quæ emunctorii & cola-torii vices gerunt, suum peculiare robur, tonum, tensi-onem, nec non suam quoque dilatationem, quæ species motus ad excretiones & secretiones summe necessaria, dependet potissimum a spirituum animalium influxu & nervearum membranarum tensione: qualis itaques hæc sit in omnibus individuis, & etiam morbis eorumque temporibus, in exhibitione topicorum provide animadvertendum est ipsis medentibus. Quis enim non videt, si pori nimis fuerint constricti a dolore & spasino, neutiquam tunc spirituosa calida conferre, sed potius ea quæ blande constrictas partes relaxant? contra si nimia est post dolorem relaxatio, quod apparet ex tumore, dolore mitiori reddito, omnia ungventa, humida, un-Auosa, anodyna valde nocere, sed porius tunc linimentis spirituosis nervinis utendum esse. Deinde utut quandoque topica egregie mulceant dolores & febrem mitiorem efficiant, nihilominus non semper illud valet, etiam in eodem individuo. Paucis quo robustior in expellendo est natura, majorque corporis vigor, major\_ motus internus, eo minus periculi inducunt externa. decenter applicata, quæ tamen, si vigor motuum cessat, si ætas senilis vel affectus cachecticus supervenerit, pla-ne sunt seponenda. Illud enim unice intendat Medicus necesse est, ut externis non sistat evaporationem mate-

E

#### \*\*\* (34) \*\*\*

riæ peccantis, sed eam promoveat : verum quoniam. magna prudentia hac in re opus est, securius potius est abstinere ab omnibus externis & totum negotium curandi internis committere, & partes affectas in blando tepore fervare. Deinde etiam hoc observavimus tophorum generationem, quæ fit maxime in arthritide fixa., plerumque deberi improvidæ externorum applicationi, præsertim stupefacientibus, infrigidantibus. Meretur hic adduci Wedelius, qui in Medicament. Facultat. fcribit: Frequenti experientia docti fumus, plus damni ipfos podagricos inde paffos, imo plures ex arthritide vaga hoc modo fixam fibi accersivisle, plurimos vero tophos, quod usurpaverint unctuosa & pingvia, emplastica. Hinc & ipse Galenus met hod. medend. lib. 4. c. 3. tophos in articulari morbo produci recte memorat ex humore glutinoso & craflo, quando is non paulatim digestus, sed violentis remediis totus fimul exficcatus: & Fernelius confil. 12. geminari inde dolores observat. Cæterum non omnia\_ topica plane exterminanda esse in externis articulorum doloribus arbitramur, fiquidem quando dolor adeft inveteratus cum torpore quodam & infenfibilitate junctus, qualis in senili ætate sæpissime evenit, tunc sedata. prius interna sangvinis & humorum ebullitione, ad roborandos nervos & invitandum spirituosi elastici fluidi influxum in imbecilles partes, nervina linimenta balfamica vi nobilitata expectationi Medici & miferi ægrotantis eximie fatisfacient.

#### §. XXIII.

Non possiumus quoque non hoc loco filentio præterire <u>in artbritide vaga scorbutica</u> lumbricorum terreftrium vita adhuc fruentium dolentibus partibus applicationem. Dici vix potest, quanta encomia hujus re-

medii

#### X 35 ) 8 K

medii extent penes Practicos, ex quibus maxime eminet <u>Wierus</u>. Certum eft, quod ob fal volat. absterfivum nitroso-fulphureum, & discutiendi & sedandi virtute egregia polleant, & non tantum hanc interne sed & externe præstent, in variis dolorum speciebus, etiam in ipsa gallica lue. Nihilominus tamen cautione quadam & hic opus est, utpote in ipso dolore sevissimo, ubi omnia funt in motu, vires abundant & juvenilis ætas adest, hæc actu humida & frigida non facile nocebunt, sed id de quo dictum est exsequentur, alia tamen res est, si in arthritide fixa inveterata iis quis velit uti, ubi plane\_ contrarius sequetur effectus.

#### §. XXIV.

Ulterius subjicienda quoque veniunt quædam de. ulu externorum in affectu erysipelaceo. Nil notius est, quam quod vulgus Chirurgorum & Medicorum mox confugiat in hoc ad ipfa externa, unde innumeræ paffim pro-ftant formulæ: nihilominus tam innumeri & olim & nostro etiam tempore animadvertuntur indies errores, ut eos circumícribere & particularibus observationibus stabilire vel ipsum tempus & charta deficeret. In univerfum autem hanc regulam velim teneamus, distingvi semper debere erysipelas, quod fit a causa externa, & quod fit ab interna; in illa, quæ ex contusionibus variisque læsionibus externis proficiscitur, non tam facile nocebunt externa: quandocunque autem ex orgasmo humorum & febrili impetu materia heterogenea, acris & corrosivæ plerumque indolis, truditur versus partes externas, ibi cautius procedere licet; facile enim fic repellitur materia, & dum prodesse volumusiis, quæ alias quandoque profunt topicis, plus nocemus, retro-pulfa nempe ad interiora materia, quæ veneni indolem

E 2

tunc

### · (36) 음洪

tunc acquirit, qua de re confuli potest dissert. de Conversione morbi benigni in malignum. Nihil autem familiarius est, quam ut levius & superficiale erysipelas constringenti-bus & refrigerantibus, v. g. album. ovor. cum alum. mixto fixum & profundum faciamus, & ulcus mali moris excitemus; qualia exempla quotidie in praxi medica occurrunt. Unde etiam prudenter faciunt, qui cujus. cunque generis eryfipelas saltem internis tractant, & externe sacculos tantum herbis paregoricis repletos im-ponunt, quæ blanda anathymiasi poros tenent apertos, & constrictos relaxant, partesque fovent. Postea animadvertimus a Chirurgis non levem committi errorem in eo, quod farinam fabar. cum rad. glycyrrh. herbis emollientibus & discutientibus cum aquis redigant in cataplasma, & calide hoc ipsum applicent : at vero cum calore humidum exficcetur, & firmius materia sele impingat cuti ejusque poris, ut cultro vix auferri possit, fit ut transpirationis negotium non leviter lædatur, & ita, quod discuti poterat erysipelas, in abscessum vel ulcus abeat. Enitendum itaque semper est, ut libera evaporatio vel transpiratio constet & permaneat affectis partibus ; id quod egregie præstatur, nec sub frigore, nec sub manifesto calore, nec sub onere multorum integumentorum vel involucrorum, sed sub temperato calore, qui liberam evaporationem perspirationem fovet. §. XXV.

Simili ratione bubonibus caute debent applicari externa, quia nimirum plerumque repellentibus in malum morem degenerant; quod longe magis de malignis valet, ipfisque criticis, ubi non fine summo periculo ea, quæ exterius constringunt vel refrigerant, adhibentur. Cognoscuntur autem critici bubones, quando ad glandulam fuerit missus humor, si cum virium tolerantia, si in die critico, si concoctionis signa in urinis præcesserint; tunc temporis enim omnia, quæ retro pellunt, pernicio-Gilima

fissima funt: sed ut recte monet Hippocrates, in perfectis judicationibus nibil est innovandum, sed totum negotium natura committendum. Quandoque etiam è sanguinis redundantia oritur bubo, ibi etiam nullo pacto utendum esse repellentibus Avicenna, Oribasius, aliique monent. Quandocunque autem bubo in suppurationem tendit, emplastrum diachyl. cum gumm. cum opopan. mixtum, admodum proficuum erit.

§. XXVI.

In variolarum morbo num ipfa topica usum quendam habeant, non immerito quæritur. Dicimus in genere, quoniam hæc evacuatio critica est, magna circumspectione opus este. Interea si ante eruptionem urget delirium, non sine fructu applicamus externe fronti spirit. rosar. cum camph. mixtum: ipfa autem in eruptione, vel etiam in suppuratione, plane abstinendum esse ab omnibus linimentis censemus: in declinatione autem & tempore exsiccationis, quando vis morbi fracta fuit, oleum amygd. dulc. cum camph. & sperm. cet. mixtum non improbandum est, ut eo ipso cutis defædatio impediatur, & nimia acrimonia, quæ profundius serpere solet, mitigetur. vid. Dissert. de variolis epidemice grassantibus. Quapropter caute procedendum est cum topicis istis, v. g. spirit. vini myrrhato, facch. faturn. aqu. rosar. mixto.

#### §. XXVII.

Restat adhuc familiarissimus ille affectus externus, nempe fcabies, sive exulceratio pustulosa cutis, magis vel minus humida, quam nemo vix fibi perfuasum habet tolli posse sine usu topicorum; unde & posthabitis omnibus internis remediorum auxiliis, protinus confugiunt ad ea ipsa, variisque linimentis sulphuratis mercurialibus vel toti cuti vel saltim articulis admotis ejus curationem moliuntur sed sepius non fine magno sanitatis vel vitæ periculo; utpote nunquam tuta ea est via, quæ ad sanationem affectus externos perducere tendit topicis, qui proveniunt à causa interna: potius cum natura heterogeneum & morbosum expellit, id quoque agere & præstare debet Medicus minime autem contra intentionem naturæ retropellere, quod fit plerumque externis. Quocirca sumus hac in sententia, horum affectuum subcutaneorum curam non modo aufpicandam, fed & absolvendam effe internis, que corrigunt seu ad excretionem disponunt materiam peccantem, & una etiam eam expurgant; quo spectant non modo diaphoretica, infusa emollientia laxantia, sique inveterata & maligna scabies fuerit, mer-

curialia

#### 18 (38) SK

curialia & antimonialia. Tandem fubjungi poffunt ad meliorem confolidationem & nitorem cuti reftituendum balnea, unguenta fulphurata, exficcantia, faturnina: à mercurialibus autem externis linimentis plane & in univerfum abstinendum esse existimo, quoniam nunquam. tuto & fine periculo talismodi uti possumo, attestante tanta observationum passim extantium quæ mercurialium noxam loquuntur, sylloge.

#### §. XXVIII.

Adjiciendum quoque hoc loco aliquid est de linimentis, de suffimigiis quoque mercurialibus, quibus ad salivationem excitandam in <u>Gallica lue</u> vulgo uti solent. Notissimum est, quam gravia symptomata ex tali salivatione incurrant sepissime miseri ægrotantes, & quam fallax institutum sit hac ratione hunc rebellem morbum curare. Existimat Excell. D. Præse, imo per multiplicem experientiam expertum habet, tantummodo internis, nempe mercurialibus rite paratis, antimonialibus, & lignorum decostis, *interne* decenti modo adhibitis (in qua applicatione totum arcanum confissi) luem veneream sine ullis externis mercurialibus, imo sepissime sine ullo salivationis effectu subsequente, & fine magna symptomatum molessia, expugnari trunculentissimum.

#### S. XXIX.

Ultimo loco fententiam quoque nostram exponere placet circa applicationem topicorum in partibus, quæ paralyse tacta funt. Fatemur non esse de nihilo hoc in affectu topica, & secundare egregie usum internorum: nihilominus & decenter composita & decenter applicata esfe debent. Qui folis pinguedinibo, axungiis, & linimentis un duofis uti folent, sive ea applicentur immediate partibus affectis sive spinæ dorsi, nostra opinione hallucinantur; nam hæc poros obstruunt, fibras, quæ jam à tono suo dejectæ sunt, ob elaterem cessantem magis relaxant, & ita ad tumorem disponunt. Ex parte autem adversa sola spirituosa olea atque calida ætherea non id faciunt, quod facere debebant; utpote quæ maximam partem propter tenuitatem partium in auras avolant, fibrasque nerveas & musculosas nimis rigidas reddunt. Potius media, nempe ex axungiis animalium composita unguenta, quæ simul ingrediuntur olea destillata, ut oleum rutæ, lavend. majoran, junip. caryoph. anthos, aptiora & magis accommodata funt; tonus enim partium nervolarum naturalis sit, ut non nimia adsit relaxatio, humiditas, neque nimia constri-

ctio

Atio vel ficcitas. Deinceps probe notandum eft, in paralyfi, quæfit ex vitio fpinalis medullæ & nervorum origine, neutiquam applicanda effe partibus fenfu & motu privatis, fed potius ipfius mali fonti & principio, quod exiftit in fpinali medulla: longe autem alia res eft in ca paralyfeos fpecie feu contractura, ubi certæ partis motus, non autem fenfus privatus eft, qualis metallifofforibus eft familiaris; ubi nihil juvabit medullam fpinalem inungere, proderit autem ipfam laborantem partem prælaudatis medicamentis crebrius fovere atque folari.

#### §. XXX.

Dum hoc meditamur, recordatio etiam animum subit tumorum adematoforum, qui pedes frequentius occupant. Etiam hic quadam opus est cautione in externorum applicatione ; quandoquidem balneis qui eos tractare suscipit, ille crassimum errorem committit. Vidimus, cachecticos immissione pedum in aquam calidam, una nocte fibi contraxille infignem pedum tumorem, qui non tam facile rurfus poterat auferri. Ratio in procinctu est: hæc enim humido, quod propter calorem. valde se insinuat in poros, fibras jam tum a tono dejectas ulterius relaxant flaccidasque reddunt, ut decumbant nimium humores, nec tam prompte rurfus per venas & vasa lymphatica recipiantur. Idem quoque fatum experientur ii, qui unguentis vel emplattris talismodi tumores diffipare aggrediuntur, ob rationem quæ ex dictis facile poterit inveniri. Nonnulli consuerunt herbas discutientes, v.g. chelidon. maj. fumar. absinth. rut. pedibus alligare : at vero si eæ ipsæ humidæ sunt & frigidæ, plus sæpius tumorem augent quam ipsum tollunt. Consultius itaque est ab omnibus hisce abstinere, & potius ligare debita ligatura tumidos pedes decet, præsertim circa nocturnum tempus, quo augmentum perpetuo tumoris cernitur, ut roborentur & firmentur sic fibræ: deinde fotus cum aceto fortifimo cum esfentia fuccini remixto & lateribus ignitis instillato instituti, non semel egregium effectum ostenderunt.

§. XXXI.

Restant examinanda epithemata, item emplastra, quæ ad pulsus variis in affectibus commendare mos est. Visitur & ibi non infrequens abusus, tametsi eorum vires, quæ in vero usu consistunt, non improbemus. Et peccat in eo maxime vulgus, & muliercularum quæ ægrotantibus adsistunt cohors, dum mox illæ, sive affectus sit frigidus sive calidus, concurrunt communissime ad aquam istam famigeratissimam car-

bunculi,

#### \*\*\* (40) 84

bunculi, quam ad reparandas vires incredibilis efficaciæ effe credunt: sed quis non perspicit, minime istud procedere, fi quis febre ardente vel acuta laboret, aut in æstu febris intermittentis jaceat? ubi potius acida, penetrantia, ut poma citri, acetum rosaceum, locum habent. Solent quoque carpis manuum applicare epithemata, emplastra, ad summovendos febriles paroxysmos in intermittentibus; & eum in sinem folent miscere alumen, acetum, rutam, sedum majus, & telas aranearum, item emplastrum ex terebinthina, alumine, pulvere aranearum conficere; & ipsa teste veritate sapius egregium levamen in mitigandis paroxysmis, imo in iis tollendis, si maximam partem materia febrilis est evacuata, exhibent. Ratio autem operandi paulo difficilior est, & secundum nostram sententiam, tale experimentum ad intimiorem febris generationem explicandam, viam & occasionem non levem subministrat. Nempe ut paucis quid statuamus explicemus, cor & arteriæ, quæ nervis suis ac proprio motu dia-& systaltico gaudent, instrumentum. istud sunt, in quo intensus ille & concitatissimus motus celebratur : quod si itaque talia, que nimium spirituum in has partes motum quoddammodo sistunt & impediunt, ipsi arteriis immediate applicentur, necesse est ut etiam febrilis ille calidissimus sanguinis motus ad tempus sistatur. Sed pro instituti nostri ratione tractationi huic finem auspicatum imponimus, Deo, qui omnem medicinam clementissime fortunat, gratias folvendo immortales.

